Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26002
Copyright: Admont, Benediktinerstift



208

Cap: 16:

nationem ueritatis uenire. nunc ad eos nunc eis audientibus ad discipulos suos
uerba faciendo consuete pietatis dona benignus impendere non cessat. Sed ueniamus ad textum. Dicebat autem ad discipulos suos. Homo quidam erat diues
qui habebat uillicum. et hic diffamatus est apud illum quasi dissipasset bona
ipsius. Et uocauit illum et ait illi. Quid hoc audio de te? Redde rationem uillica
tionis tue. iam enim non poteris uillicare. Ait autem uillicus intrasse. Quid
faciam quia dominus meus aufert a me uillicationem? Fodere non ualeo. mendicare
erubesco. Scio quid faciam. ut cum amotus fuero a uillicatione recipiant me in
domos suas. In uillico hoc quem dominus eiciebat de uillicatu et laudauit eum quod in fu
turum sibi prospexerit. non omnia debemus ad imitandum sumere. Non enim aut
domino nostro aquibus recipi uolumus in tabernacula eterna tamquam debitores dei
et domini nostri fas est intelligi. cum uisti et sancti significentur hoc loco qui eos intro
ducant in tabernacula qui necessitatibus suis terrena bona communicauerint.
De quibus et iam dicitur. quod si quis alicui eorum calicem aque frigide dederit. tantum in
nomine discipuli non perdet mercede suam. Sed etiam e contrario dicuntur iste
similitudines. ut intelligamus si laudari potuit ille a domino cui fraude faciebat.
quanto amplius placeant domino dei qui secundum eius preceptum illa opera faciunt. sic et iam
de iudice iniquitatis qui interpellabatur a uidua comparationem duxit ad iudicem
3 dominum cui nulla ex parte iudex iniquus conferendus est. uillici sane uocabulo disci
mus eos qui pecunias habent non iam dominos sue sed alienę potius rei dispensatores
esse putandos. quia si iuxta huius serui exemplum sedulo finiende uillicationis
ac rationis reddende tempus preuiderint facile terrenorum omnium delectatione
simul et dilectione nudati. plus sibi de amicis conquirendis in futuro. quam de
4 diuiciis in presenti colligendis prospicere curabunt. Qui multa secum anxius pertrac
tando. quid faciam inquit. Fodere non ualeo. mendicare erubesco. Ablata quippe
uillicatione fodere non ualemus. quia finita hac uita. in qua tantum licet operari nequa
quam bonę conuersationis fructum ligone deuotę conpunctionis licet inquirere.
Mendicare confusionis est illo scilicet pessimo genere mendicandi. quo uirgines
ille fatuę mendicasse referuntur. que ingruente tempore nuptiarum oleo uirtutum
deficiente sapientibus dixerunt. Date nobis de oleo uestro. quia lampades nostre extin
guntur. Et de quo salomon ait. Propter frigus piger arare noluit. mendicabit ergo
5 estate et non dabitur ei. Conuocatis itaque singulis debitoribus domini sui dicebat
primo. Quantum debes domino meo? et ille dixit. Centum cados olei. Dixitque illi.
Accipe caucionem tuam. et sede cito scribe quinquaginta. Deinde alio dixit. Tu uero
quantum debes? Qui ait. Centum choros tritici. ait illi. Accipe litteras tuas. et scribe
6 octoginta. Cadus greca amphora est continens urnas tres. chorus uero modiis
triginta completur. Quod autem decentum cadis olei quinquaginta scribere fecit
a debitore et decentum choris tritici octoginta. ad nichil aliud ualere arbitror.

facienda est in aliquo fraus. ut de ipsa fraude elemosinas faciamus. aut eos